



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

De SS. Simone & Juda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

is Apostolis, idem acta Apostolorum, sicut ipse viderat, composuit. Tandem in Achaia, cum Crucis mortificationem jugiter in suo corpore pro divini nominis honore portasset, vitam martyrio feliciter clausit anno ætatis 84. Verè dignus

2. Cor. 8. 18. *cujus laus sit per omnes Ecclesias.* Hunc admirare, lauda, & imitare. Laudandus profectò,

quòd Paulum & Mariam audierit, quòd ad justitiam erudierit multos, quòd Evangelium scripserit: sed laudandus magis, quòd quæ docuerat & scripserat, moriendo probavit. Vide ut

Matt. 23. 3. pariter, & quæ audis teneas, & quæ tenes doceas, & quæ doces aut scribis, ipse facias. *Dicunt enim multi & non faciunt.* Unde cum aliis prædicaverint, reprobi efficiuntur.

28. Oct.

DE SS. SIMONE

ET IUDA.

PUNCTUM PRIMUM.

Fructus
laborum

Considera de SS. Simone & Juda, quòd 1. regiones vastissimas peragraverunt; ille Ægyptum, hic Mesopotamiam, atque una deinde Persidem. 2. Apud gentes barbaras fidem disseminaverunt. 3. Innummerabiles filios Jesu Christo pepererunt. Vide quid potuerint homines duo quos simul charitas Christi urgebat. Nam licet infirmi essent ac debiles & omni prorsus humano auxilio destituti: tam diu tot labores superare, tot hostibus resistere poterunt:

tuerunt:

querunt: nimirum *Aqua multa non potuerunt Cant. 8. 7. extinguere charitatem. O si essem in charitate Eph. 3. radicatus & fundatus, non querens quod mihi u- 17. tile est, sed quod multis, ut salvi fiant. I. Cor. 10. 33.*

PUNCTUM II.

Non ob miracula potissimum, licet multa *Causa illius fructus.* patrarent, fructus tam uberes tulerunt: nam plures pseudoprophetae insurrexerunt qui etiam daemones ejicerent. Quid est igitur quod eos magnos ostendit, inquit Chrysostomus? pecuniarum contemptus, gloriaeque despectus: nam decretos sibi ab rege Babylonio honores respuerunt; jejunium, cum in ipsa regis aula pane solo vescerentur; patientia, contumelias enim, & verbera hilari vultu perferebant; caritas erga proximum, nam inimicos a mortis periculo multis lacrymis & precibus liberarunt. Ex his collige quid valeat studium humilitatis, patientiae & bonorum operum ad animarum conversionem. Haec est enim lux Apostolica, de qua ait Christus, *Sic luceat lux vestra coram Matt. 5. 16. hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est.*

PUNCTUM III.

Mercedem laborum amplissimam consecu- *Praemia.* titunt. 1. potestate in daemones, qui sponte fugiebant ad aspectum illorum: adeo maligni spiritus humiles reformidant. 2. Conver- *Refor- matur in* sione

Isa 53.
11.
Ps. 30.
13.

sione populorum quos ingenti numero tanquam filios Christo pepererunt. 3. Novis quotidie gratiarum donis. *Pro eo enim quod laboravit anima illorum, vidit & saturata est.* 4. Consolationibus spiritualibus. *Quàm magna est multitudo dulcedinis tua Domine, quàm abscondisti timentibus te.* 5. Morte gloriola, quam Christi causa passi sunt. Postremo miraculis, quibus Deus illorum tumulum decoravit. O si scires, quàm suave sit agere pro Christo & pati! Compara cum his præmijs, mundi, dæmonis, morisque proprii præmia, & elige.

4. Nov.

DE SANCTO CAROLO.

PUNCTUM PRIMUM.

Dei vi-
ctima.

1.
Conse-
crando
externa
bona.

2.
Corpus.

Victimam S. Carolus se exhibuit triplici sacrificij genere. 1. Sæcularium opum & dignitatum: audita enim fratris nutu majoris morte, sacerdotio statim inito multis reluctan- tibus, cum summa omnia sperare posset, Chri- sto in perpetuum se addixit. 2. Corpus immo- layit creatori, ut fieret integrum holocaustum per inviolatam castitatem, etsi bis acerrimè ten- tatum: deinde omnibus stupendæ pœnitentiæ laboribus. Interdixerat sibi igne, carnibus, le- cto: nuda sæpe terra, straminea ferè culcitra, aut asseribus cubabat, pane victitabat & aquâ; idque maximè cum diœcesim lustraret: hoc au- tem munus, quantum potuit, obiit pedes, sar- cinas ipse humeris sole ardenti in fame & siti ferens,